

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9062

Auteur(s) : Étienne de Fougères, Rennes (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1170

Lieu d'émission : Rennes

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Devant Étienne évêque de Rennes et Jocelin chapelain du roi, Guillaume Bovarius confirme à l'abbaye de Savigny la possession de Tattelin et de la lande de Girandel.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Archives Nationales, L 977, n. 1257.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XV)

Texte d'après A

Ego Stephanus Dei gracia Redonensis ecclesie presbiter et regis Anglie capellanus Joisleno eadem gracia Savigneii abbati totique capitulo in perpetuum justis petentium desiderii facile debet diligentis animus inclinari atque a rationis tramite non discordant sunt equis animis accipienda et favore celeri prosequenda. Ea propter dilectissimi fratri (sic) in Domino saluo iure ecclesie nostre confirmamus vobis terras illas et elemosinas et habendas in pace concedimus quas Guillelmus Bouarius nostra in presentia vobis dedisse recognovit. Recognovit itaque se vobis sine omni retentione dedisse quicquid habebat in terra de Tattelin et landam de Girandel sicut fossatum a piro que est iuxta viam directe tenditur usque ad illud caput Haie quod est a parte superiori et tres quoque iornatas terre inter clautura de Girandel et duas preter hec iornatas prati in prato Ligarde et quicquid iuris habebat in campis illis qui dicuntur eampi Rainaldi et preter hec omnia terrarum predictarum decimas. Omnia vero hec libera et quieta et ab omni servicio absoluta vobis se dedisse cognovit quia cognatum suum Robertum vobiscum ad religionem susceperatis. Cognovit etiam Guillelmus siquis in dictis terris aut decimis aliquid calumpniari ullum servicium sibi acquirere temptaverit ab omni calumpnia et exactione servicii se vos liberaturum et defensurum pro posse suo permisisse. Ut autem quod sic ante nos factum est firmiter in posterum habeatur scriptum hoc sigilli nostri munimine decrevimus roborandum. Actum Redonis anno ab Incarnatione Domini M^oC^oLXX^o. Teste Johanne decano de Vitreio, Cudno decano, magistro Olivero, Petro Pioche, magistro Orri, magistro Guillelmo de Vire, Guidone dapifero.